

CAPVT III.

TITVLI REGVM ET PRINCIPVM NATIONVM
EXTERARVM.

840 regi Iubae¹ re[gis] | Iubae filio, regi[s] | Iempsalis n., regis Gau[dae]² | pronepoti, regis Masiniss[ae] | pronepotis nepoti³, | Ilvir quinq.⁴, patrono, | coloni.

Carthagine nova (II 547 descr. Huebner). — 1) Est rex Mauretaniae litteratissimus, filius eius Iubae qui victus est ad Thapsum a. 708. — 2) Gauda hic filius fuit Mastanabalis, nepos Masinissae (Sallust. Iug. 65 Dio fr. 89, 4). — 3) Abnepos Masinissae non dicitur, quoniam abnepotis vocabulum illis temporibus nondum excogitatum erat a iuris auctoribus (Mommsen). — 4) Iubam Carthagine nova duovirum quinquennalem fuisse praeterea testes sunt nummi ap. Eckhel 4, 158, L. Mueller numism. de l'Afrique 3 p. 111 n. 108; fuit duovir etiam Gadibus, teste Avieno ora marit. 284.

841 [r]egi Ptolemae[o] | reg. Iubae f.¹, | L. Caecilius Rufus | Agilis f., honoribus | omnibus patriae | suae consummatis, | d. s. p. f. c. et consecravit.

Algerii, ubi fuit Icosium (VIII 927 vidit Wilmanns). — 1) Ptolemaeus Iubae filius regno et vita privatus est a Caligula a. p. Chr. 40.

Liberti Iubae et Ptolemaei, Iulii plerique appellati, occurrunt non solum in titulis Africanis (VIII 9544 seq.; Eph. ep. 5, 1012—1021) sed etiam Romae (VI 20409).

842 Seraspadanus, Phraatis | Arsacis regum régis f., | Parthus. | Rhodaspes, Phraatis | Arsacis regum régis f., | Parthus. |

Romae (VI 1799 saepius descripta saec. XVI). — A Phraate quattuor filios Seraspadanem Rhodaspem Phraatem Vononem Titio praesidi Syriae traditos esse narrat Strabo 16, 1, 28 p. 748. Horum duos Romae diem obiisse hic titulus ostendit; Vonones Phraatesque postea Parthis remissi sunt. Cf. Mommsen mon. Ancyrr.² comm. p. 141.

843

[imp. Caesar divi Traiani Parthici fil. divi] Nervae nepos Traianus
[Hadrianus Augustus pont. max., trib]unic. potest. VI¹, cos. III
[fanum quod Phraatis regis regu]m Parthorum fil. Arsacides
[fecerat, vetustate collaps]um restituit.

In Nemore Dianae (Nemi) rep. fragmentum epistylii marmorei (XIV 2216). Supplevit Henzen. — 1) A. 122.